

**ACTA UNIVERSITATIS SZEGEDIENSIS
DE ATILA JÓZSEF NOMINATAE**

**ACTA HISTORICA
TOMUS XXVI.**

**CHRONICA HUNGARO-POLONICA
PARS I.
(TEXTUS CUM VARIETATE LECTIONUM)**

Ad codicum manu scriptorum fidem recensuit, praefatione notisque instruxit

BÉLA KARÁCSONYI

**SZEGED
1969**

Redegit
BÉLA KARÁCSONYI

Szerkesztette
KARÁCSONYI BÉLA

A kiadásért felelős a József Attila Tudományegyetem Bölcsészettudományi Karának dékánja.
A kézirat nyomdába érkezett: 1967. Megjelenés: 1969. Példányszám: 470. Terjedelem: 6,6 A5 ív
Készült monó-szedéssel, íves magasnyomással az MSZ 5061 és az MSZ 5062 50 A szabványok szerint.
67-5665 — Szegedi Nyomda

PRAEFATIO

Cronica Vngarorum iuncta et mixta cum cronicis Polonorum et uita sancti Stephani e saeculo fere XIII. oriunda atque in Polònia conscripta duobus in compositionibus ad nostram pervenisse aetatem constat. Fontem utriusque primigenium legendam sancti Stephani primi regis Hungarorum (1000—1038) ab episcopo Hartvico scriptam regique Colomanno (1095—1116) dedicatam fuisse viri docti iam pridem animadverterunt.

Compositionis longioris auctor incognitus narrationi a rebus gestis Aquilae (= Attilae) regis Hunnorum, quem primum Hungarorum regem fuisse. tradit, inceptae vitam passionemque sancti Stephani ex opere Hartviciano fere ad verbum transscriptam adiungit, deinde fabula quadam ficta de Boleslao rege Polonorum, sub cuius iurisdictionem et potentiam regnum Hungariae subiunctum esset, opusculo finem facit.

Quam primam compositionem haud multo post tempore auctor quidam item ignotus — ex illa nil nisi gesta Attilae vitamque sancti Stephani excerpens, narrationem autem de rege Boleslao plane omittens — breviter retractavit, finique excerpti sui descriptionem elevationis et miraculorum sancti Stephani, quam scriptor compositionis amplioris silentio praetermiserat, ex Hartvico ipso sumptam aliquantumque contractam addidit.

Quomodo legenda sancti Stephani a Hartvico scripta compositionesque Chronicorum Hungaro—Polonicorum supra memoratae inter se cohaerent, vel quae fides codicibus manu scriptis et editionibus adhuc publicatis tribuenda esset, alio loco accuratius exponebamus.¹

Quod ad libros manu scriptos attinet, compositionem copiosiorum in quattuor codicibus aetatem tulisse compertum habeo.

1. Codex Varsovianus Zamoyskianus 28

=Z

membraneus, saeculo XIV. exeunte in Polonia descriptus, olim in Bibliotheca Zamoyskiana Varsoviensi (Biblioteka Ordynacji Zamoyskich) *Cimelia 28* signatus, nunc in Bibliotheca Nationali Varsoviensi (Biblio-

¹ KARÁCSONYI BÉLA: *Tanulmányok a magyar—lengyel krónikáról* [=Studia ad Chronica Hungaro—Polonica spectantia], Acta Universitatis Szegediensis de Attila József nominatae, Acta Historica, tomus XVI., Szeged, 1964.

teka Narodowa) sub numero *BOZ 28* servatus, folia 97 continens habet opera diversa historica; Chronica nostra in foliis 90^r a₁—96^v a₂₅ inveniuntur.¹

C=

2. *Codex Cracoviensis Czartoryskianus 1310*

chartaceus, altero saeculi XV. dimidio in Polonia confectus, in Bibliotheca Czartoryskiana Musei Nationalis Cracoviensis (Muzeum Narodowe w Krakowie, Zbiory Czartoryskich) sub numero *1310* servatus, de primo possessore etiam *codex Sandivogii de Czechel* nominatus, circiter 950 paginas continens habet opera varia, quorum quaedam — praesertim historica, ut et Chronica nostra — ex codice *Z* sunt transscripta. Chronica Hungaro—Polonica in paginis, quarum numeri atramento sunt signati, 349 a₄₃—359 a₂₈ leguntur.²

3. *Deperditus codex Varsovianus Krasinskianus 83*

chartaceus, saeculi XVI., olim in Bibliotheca Krasinskiana Varsoviensi (Biblioteka Ordynacji Krasieńskich) sub numero *83* servatus tempore secundi belli mundani nullo restante exemplari periit. Secundum descriptionem unicam³ Chronica nostra in folio 7^r—7^v (!!!) legebantur,⁴ ex quo perbrevia tantum excerpta fuisse plane apparet. Etiam DAVID, qui suo tempore codicem percensere potuerat, se breve solum fragmentum compositionis uberioris in codicibus *Z C* servatae invenisse scripsit.⁵

W=

4. *Codex Vratislaviensis Ossolinianus I. 818*

chartaceus, saeculi XV., in Bibliotheca Ossoliniana Vratislaviensi (Biblioteka Zakładu Narodowego im. Ossolińskich) sub numero *I. 818* servatus, folia 181 continens habet miscellanea (plerumque theologica). In folio, cui atramento numerus 177^v₁₋₉ est inscriptus, initium Chronicorum nostrorum legitur,⁶ quod KĘTRZYŃSKI⁷ priorem partem cuiusdam „Vitae b. Stephani regis Ungrorum” esse putavit.

Compositio brevior uno tantum in codice exstare noscitur:

¹ Ibid. 13—23. — Codicem circa annum 1961 tegumento novo ex fusco corio facto praeditum esse nuper comperi, cuius tegumenti magnitudo 264×177 mm, paginarum vero 254×170 mm.

² Ibid. 23—31.

³ PULASKI, FRANCISZEK: *Opis 815 rękopisów Biblioteki Ord. Krasieńskich* (Biblioteka Ordynacji Krasieńskich. Muzeum Konstantego Świdzińskiego. Tomy XXIII—XXIX., Warszawa, 1915.), 78—83.

⁴ Ibid. 78.

⁵ DAVID, PIERRE: *La prétendue chronique hongaro—polonaise* (Études historiques et littéraires sur la Pologne médiévale IV., Paris, 1931.), p. 29. adnot. 2.

⁶ KARÁCSONYI 32—33.

⁷ KĘTRZYŃSKI, WOJCIECH: *Katalog rękopisów Biblioteki Zakładu Nar. im. Ossolińskich* (Catalogus codicum manuscriptorum Bibliothecae Ossolinianae Leopoliensis) III., Lwów, 1898., 269—270.

est chartaceus, saeculi XV., probabiliter ex Polonia oriundus, qui ibidem ac codex W, sub numero autem *II. 1944* servatur folia 433 continens. Inscribitur „*Passionale*”; habet legendas sanctorum, etiam nonnullorum Hungarorum (Elisabethae, Stephani, Emerici). Textus noster in foliis 371^r a₄₂—375^r b₂₈ invenitur.¹

Nunc ad editiones breviter explicandas veniamus.

Chronica Hungaro—Polonica, quantum scio, decies imprimata sunt: compositio maior in octo editionibus (cf. 1—8.), minor vero bis (9—10.) in lucem prodiit.

1. [KOWNACKI, HIPOLIT:] *Kronika węgierska na początku wieku XII. Kronika czeska na początku wieku XI.* [= Chronica Hungaro—Polonica saeculi XII. ineuntis. Chronica Bohemica saeculi XI. ineuntis], Warszawa, 1823., 1—90.

= KOWNACKI

KOWNACKI in edendo textu codicis C exemplari quodam manuscripto usus est, quod JOACHIM LELEWEL anno 1811 confecerat. Auctorem operis Hartvicum fuisse putans praefationem legendae sancti Stephani ab Hartvico conscriptae Chronicis nostris praeposuit.² Quae editio, licet mendis scateat,³ tamen ob interpretationem Polonicam textui additam laudanda est.

- 2—3. ENDLICHER, STEPHANUS LADISLAUS: *Rerum Hungaricarum Monumenta Arpadiana*, Sangalli, 1849. et anastatice rursus edita Lipsiae, 1931., 60—82.

= ENDLICHER

ENDLICHER nullum codicem Chronicorum nostrorum perscrutatus est: textum, quem KOWNACKI publicaverat, mutata paulisper orthographia novisque erratis typographicis admissis iterum edidit.⁴

- 4—5. BIELOWSKI, AUGUST: *Pomniki Dziejowe Polski (Monumenta Poloniae Historica) I.*, Lwów, 1864. et anastatice reimpressa, Warszawa, 1960., 495—515.
Textum recensuit STANISLAW PILAT.

= PILAT

PILAT in Chronicis Hungaro—Polonicis critica ratione edendis codicem C potissimum sequitur, quem ex codice Z exscriptum esse penitus ignorat, ideoque textum meliorem exhibere opinatur. Neutri tamen librorum manu scriptorum summam fidem tribuendam esse ratus

¹ Librum manu scriptum accuratius descripsimus (KARÁCSONYI 33—39.), et demonstravimus hunc codicem neque ex Z, neque ex C exscriptum esse.

² De hac re vide infra 9₂₀₋₂₆.

³ Censura editionis: KARÁCSONYI 41—44.

⁴ Ibid. 45.

lectiones traditas saepe in apparatus relegat, in textu vero restituendo coniecturas amplectitur. Nonnumquam evenit, ut errata, quae KOWNACKI vel ENDLICHER admiserit, PILAT quoque codicibus neglectis recipiat, quin etiam ea cuidam codici mendis illis vacuo false attribuat. Quare id fecerit, nescio. Fortasse exemplaribus codicum ab operis sociis descriptis usus est, quorum fidem suspectam testimoniis editionum priorum accommodare voluit.¹

FLORIANUS =

6. FLORIANUS, M[ATTHIAS]: *Vita Sanctorum Stephani regis et Emerici ducis (Historiae Hungaricae Fontes Domestici. Pars prima: Scriptores [vol. I.], Quinque-Ecclesiis, 1881., 70—79.*

FLORIANUS codices inspicere supersedit. Plerumque STANISLAUM PILAT, nonnumquam STEPHANUM LADISLAUM ENDLICHER secutus excerpta quaedam ex compositione longiore Chronicorum Hungaro-Polonicorum ad vitam sancti Stephani spectantia excudenda curavit.²

GOMBOS =

7. GOMBOS, ALBINUS FRANCISCUS: *Catalogus Fontium Historiae Hungaricae I., Budapestini, MCMXXXVII., 563—574.*

GOMBOS corpus fontium ex operibus prelo impressis composuit. Quamquam nonnullas Chronicorum nostrorum editiones enumeravit, solo *Monumentorum Poloniae Historicorum* textu usus est, quem novis mendis additis corrupit.³

DEÉR =

8. SZENTPÉTERY, EMERICUS: *Scriptores Rerum Hungaricarum II., Budapestini, MCMXXXVIII., 299—320.* Textum recensuit IOSEPHUS DEÉR.

DEÉR codicem Z secutus, lectiones vero codicis C in apparatu critico proferens ceteros libros manu scriptos (item compositionem breviorum) neglexit. Quod valde dolendum est. Ille enim editor fuit ultimus, qui varias lectiones codicis Varsoviani Krasinskiani, antequam hic liber manu scriptus periret, exscribere potuisset. Etiam inconstantiae, quae dicuntur orthographicae, neglectus notarum marginalium, errata typographica et falsae lectiones in hac editione reprehendi possunt. Quibus mendis facile adducimur, ut editorem photocopiis tantum codicum usum esse putemus. Ex editionibus DEÉR ea nisus est praecipue, quam STANISLAUS PILAT confecerat. Partes Chronicorum ex legenda Hartviciana exscriptas litteris latius dispositis perspicuas reddidit, quo commoditati lectorum consuluit.⁴

¹ Ibid. 46—49.

² Ibid. 49—51.

³ Ibid. 52—53.

⁴ Ibid. 53—56.

9—10. KĘTRZYŃSKI, WOJCIECH: *O kronice węgiersko—polskiej (Vita sancti Stephani, regis Ungariae, Ungarico—Polona)*. Rozprawy Akademii Umiejętności w Krakowie, Wydział Historyczno—filozoficzny. Seria II, tom IX. (=XXXIV.), Kraków, 1897., 365—373.; separatum, Kraków, 1897., 11—19.

=KĘTRZYŃSKI

KĘTRZYŃSKI cum compositionem breviorē ex codice **O** publici iuris faceret, etiam textum ampliorem legendamque Hartvicianam semper ante oculos habuit, horumque lectiones nonnumquam praetulit lectionibus ipsius codicis **O**, cuius vocabula persaepe in apparatu, vel ne ibi quidem inveniuntur. Rasuras emendationesque librarii praeteriit. Nonnullae coniecturae correctionesque in hac editione nihilominus magni aestimandae sunt.¹ — Separato usi sumus.

Restat, ut pauca de ratione editionis nostrae proponantur.

Compositionem maiorem ex codice **Z** sumptam in columnā laeva collocavimus, breviorē vero ex codice **O** in dextera. Ubi duae compositiones congruerunt, textus earum communis in media columnā legitur. Si quaedam partes pluribus in codicibus insunt, semper codicem **Z** sequentes varias lectiones ceterorum codicum subscripsimus.

Locos cum litteris divinis concordantes (quibus colligendis LADISLAUS SZEKFŰ nobis gratissimum fecit) inclinatis litterarum formis, vocabula vero ex quovis codice Hartviciano exscripta minoribus litteris excudi curavimus fontibus margini ascriptis. Litterae rubrae codicis **Z** litteris pinguioribus significantur. Singula capita ipsi numeris notavimus, et aequae ac alia additamenta nostra, angulatis uncis inclusimus. Coniecturas correctionesque et nostras et virorum doctorum, qui Chronicis Hungaro—Polonicis studuerant, in apparatu dedimus, ubi editiones supra sub numeris **1—10**. laudatas nomine recensentis, paginas numeris maioribus, versus vero minoribus signavimus. Inter coniecturas memoravimus etiam lectiones, quae in codicibus non inveniuntur, ab editoribus vero tacite textui insertae erant. Quae de scribis diversis codicum (velut **Z**, **Z**¹, **Z**^{2mg}) exponimus, ad paginas solum pertinent, in quibus Chronica nostra leguntur; de ceteris partibus librorum manu scriptorum referre nostrum non est.


In rebus orthographicis codices ad litteram expressimus, interpunctio autem tota nostra est. Scribae enim illius temporis notis distinguendi saepenumero ideo tantum usi erant, quo facilius animum lectoris ad verba consonantia vel cursus clausularum verterent. Editiones magna varietate orthographiae inter se differunt, quam nisi de nominibus propriis agitur, apparatui apponere praetermittimus; negligimus etiam nomina, quae saepissime occurrunt, velut *Ungaria—Hungaria, Ungari—Hungari* etc.

Commentaria, interpretationes et indices separatim edere volumus.

Signa et compendia scripturae in edendo textu adhibita in fine voluminis (p. 75.) leguntur.

¹ Ibid. 51—52.

STEMMA



|| Z (C)

|| W

|| O

|| Z fol. 90^r a₁
|| C p. 349 a₄₃
|| W fol. 177^v₁
|| O fol. 371^r a₄₂

[1.] Incipit Cronica
Vngarorum iuncta
et mixta cum cro-
nicis polonorum et
uita sancti stephani

Incipit uita beati
Stephani Regis
Vngarorum

Vita sancti stepha-
ni regis vngarie

Z (C W)

Omne datum optimum et omne donum perfectum de-
sursum est || descendens a patre luminum. Huius patris
datum optimum post passionem et gloriosam re-
surreccionem et ascensionem domini nostri iesu
christi in omnes regiones large proueniens, qui omnes
homines uult saluos fieri, ad orientalem regionem
vngarorum usque difusum est, quos iesus christus,
qui est deus omnipotens, non in propria regione,
in aliena, que sclauonia nominatur, post multos
labores et erumpnas ad fidem catholicam ||

Cf. Hartv. BARTO-
NIEK 402¹¹⁻¹⁷
Cf. Iac. 1, 17.
C p. 349 a || b

Cf. I. Tim. 2, 4.

Cf. Apoc. 15, 3.
Desinit W
(fol. 177^v) ||

1 Incipit Z] anno domini M^oCCCLXXI^o wladislaus filius kazimiri primogenitus
regis polonie receptus est per ipsos bochemos in [[bochemie]] regem bochemie eodem
anno coronatus add. in margine superiore Z^{2mg}; Aquila add. super numero
M^oCCCLXXI^o Z^{3mg} * Cronica Z: om. C * 2 Vngarorum Z: vngarorum
C * 5 stephani Z: Stephani C; post hoc uocabulum KOWNACKI 2₄-4₈ et
ENDLICHER 60₆₋₂₈ dedicationem legendae sancti Stephani regis (1000-1038) ab
episcopo Hartuico conscriptae Colomannoque regi Hungariae (1095-1116) dicatam
inserunt, non autem ex codicibus Hartuici fide dignis, sed ex editione SCHWANDTNERI
(Scriptores Rerum Hungaricarum veteres, ac genuini I., Vindobonae, MDCCXLVI.,
413₁₇-414.), qui textu SURII ad suae aetatis morem composito usus est, cf. KARÁCSONYI
p. 44. adnot. 128. * 7 Huius Z C: huius W * 8-9 resurreccionem
Z W: resurreccionem C * 9 et ascensionem Z C: nec non et ascensionem
W * 10 large Z C: bis W * proueniens Z W: proueniens C * qui
codd.] quia Hartv. BARTONIEK 402₁₄ * 11 uult Z: wlt C W * orientalem
Z W: difusum C * 12 vngarorum Z: Vngarorum C W * difusum
Z: diffusum C W * 13 omnipotens codd.: optimus KOWNACKI 4₁₉, ENDLICHER
61₃ * propria Z C: sua W * 14 in aliena Z C: sed in aliena W *
sclauonia codd.: Sclauonia KOWNACKI 4₂₀; Sclauonia ENDLICHER 61₉; Sclauonia
cett.

Z (C)

mirabili sua prouidencia uocare dignatus est.

Cf. Act. 18, 2.

Cf. I. Reg. 10, 2.

Cf. Gen. 7, 21.

Cf. Iudith 1, 7.

Cf. Deut. 28, 25.

Cf. Iudith 2, 3.

Cf. Lucae 2, 1.

Cf. Esther 3, 14.

Cum autem rex eorum, qui *aquila* proprio nomine nuncupabatur, esset locupletatus argento *et auro et gemmis preciosis* hominumque et *animalium, uolucrum et bestiarum* siluestrium maxima multitudinē ita, ut deliciae mundi ex omni parte ei affluerent, *Exaltatum est et eleuatum cor eius*, et decreuit in animo suo, ut *omnia regna terrarum* et omnes nationes confringeret, et *suo imperio subiugaret. Exijt edictum* ab ipso, ut *omnes prouincie*, super quas timor eius erat, abbellum [*sic!*] ualidum parati et armati [*sic!*] congregarentur. Q(ui) cum conuenissent, et innumerabiles campos operuissent, elegit C acies de uiris probissimis et *ad bella promptissimis* a nemine consilium disquirens, ne quis sibi oppigriciam [*sic!*]

Cf. Iudic. 20, 46.

1—2 prouidencia uocare Z: prouidencia uocare C * 3 Cum autem C] Aquilla || rex || primus || hungallie add. C^{2mg}, quae uocabula PILAT 495 a₁₈ et GOMBOS 564₃ pro titulo praeposuerunt * 5 nuncupabatur Z: nuncupabatur C * 10 uolucrum Z: uolucrum C * 19—20 confringeret codd.: conurgeret [*sic!*] KOWNACKI 6₁₀, ENDLICHER 61₁₈ * 23 prouincie Z: provincie C; nationes [*sic!*] KOWNACKI 6₁₂, PILAT 495 b₇; nationes ENDLICHER 61₁₉₋₂₀ * 24—25 abbellum Z: ad bellum C edd. * 25 ualidum Z: validum C * 27 Q(ui) codd.: quod KOWNACKI 6₁₄, ENDLICHER 61₂₁; quae PILAT 495 b₉, GOMBOS 564₉ * 28 conuenissent Z: conuenissent C * 30 operuissent codd.: onerassent [*sic!*] KOWNACKI 6₁₅₋₁₆, ENDLICHER 61₂₂ * C codd.: om. KOWNACKI 6₁₆, ENDLICHER 61₂₂ * 31 uiris Z: uiris C * 31—32 probissimis Z: pronissimis C; strenuissimis [*sic!*] KOWNACKI 6₁₆, ENDLICHER 61₂₂₋₂₃ * 35 oppigriciam codd.: oppigratia [*sic!*] KOWNACKI 6₁₈; ob pigriciam corr. ENDLICHER 61₂₄; ob pigritiam celt.

Z (C)

uel amore possessio-
 num uel dolore uxoris
 aut puerorum suorum
 dis(s)uaderet, sed cum
 5 probitate corporis sui
 et cordis constancia ||
 consilium iniens contra
 lithuam acies mouit,
 quos statim oppressit,
 10 *et omnem terram uasta-*
uit. Quibus subiectis
 scociam, ubi sanctus
 Brandanus requiescit,
 intrauit, et sue potencie
 15 subpeditauit. Inde uero
 daciam [*sic!*] ingredi-
 ens cum ipsis conflic-
 tum habuit, quibus *ter-*
 0 *ga uertentibus* multos
occidit, reliquos sue
 dominacioni subdidit.
 Congregatis autem ca-
 rinis in dacia [*sic!*] ma-
 re ascendit, et ubi flu-
 25 uius, qui Renus dici-
 tur, mare intrat, per re-
 num erectis remis theu-
 toniam ingressus est;
 ad Coloniam ciuitatem
 30 egregiam ueniens *tento-*
ria fixit. [*Tu autem...*]

Z fol. 90^r a || b

Cf. Ier. 4, 20.

Cf. Ex. 23, 27.

Cf. Ex. 19, 2.
Cf. Ps. 40, 11.

2 uxoris Z: vxoris C * 4 disuaderet Z: disuaderet C atque DEÉR 301₂;
 disuaderet *edd. cett.* * 8 lithuam Z: litwani[[a]] C, *quod uocabulum ultima*
littera deleta in litwam est emendatum; Lituan leg. in C DEÉR 301₃₇ *
 9 oppressit Z: oppresit C * 10—11 uastauit Z: vastauit C * 12 sco-
 35 ciam *codd.*: Scutiam KOWNACKI 8₂₋₃; Scuciam ENDLICHER 61₂₈; Scotiam *cett.* *
 ubi Z: ubi C * 13 Brandanus Z: brandanus C * 15 uero Z: uero C *
 16 daciam *codd.*: auctorem cogitauisse de Dania recte opinatur DEÉR 301₃₉ *
 19 uertentibus Z: uertentibus C * 22—23 carinis Z: karinis C *
 24 ubi Z: ubi C * 25 Renus Z: renus C * 27 erectis *codd.*: erectis
 40 KOWNACKI 8₁₁, ENDLICHER 62₂ * 29 ad Z: Ad C; et ad ENDLICHER 62₃ *
 30 ueniens Z: ueniens C * 30—31 tentoria C] *ante uocabulum ras. 3 litt.* *
 31 [*Tu autem*] Z: *litura rubra del. Z^{rubr}; om. C*

Z (C)

[2.] De occisione XI virginum milium ||

Cp. 349 b || 350 a

Mox illi contra occurrunt XI milia sanctarum uirginum uisitatis liminibus sanctorum apostolorum petri et pauli de roma ueniencium, quas cum uidissent, perterriti sunt custodes, et celeriter nunciant regi, quia nondum eos aliquis perturbauerat, postquam almaniam intrauerat. Rex et acies subito territi contra uirgines christi exierunt, et eas cedere ceperunt. Cum autem fere omnes cese fuissent, et rex ipse ad uirginem christi vrsulam a(p)propinquasset, et eam intuitus fuisset, et quod uirgo et non uir esset, cognouisset, dixit ad eam: „O si ad nostram regiam magnificenciam tam tua nobilis uirginitas nuncium direxisset, et nobis tuum gloriosum aduentum signifi-

Cf. II. Sam. 17, 21.

Cf. Gen. 24, 23.

Cf. Esther 1, 7.

Cf. Ios. 6, 17.

5—6 uirginum uisitatis Z: uirginum uisitatis C * 8 de roma *codd.*: de Verona [*sic!*] KOWNACKI 8₁₈; de Uerona ENDLICHER 62, * 8—9 ueniencium Z: ueniencium C * 9—10 uidissent Z: uidissent C * 12—13 quia nondum Z: quia nondum C * 14—15 almaniam *codd.*: allemaniam KOWNACKI 10₄; Allemaniam ENDLICHER 62₉₋₁₀; Allmaniam PILAT 496 a₁₅, GOMBOS 564₂₆; Almaniam DEÉR 301₁₇ * 15—16 intrauerat. Rex et acies *edd.*: intrauerat rex. Et acies Z; intrauerat rex. et acies C; *has lectiones codicum approbare non potuimus, cum acies subito territi a praeceptis congruentiae abhorreret; intraverant coni.* DEÉR 301₃₆ * 17 uirgines Z: uirgines C * 22 ipse Z: Ipse C * uirginem Z: uirginem C * 22—23 christi *codd.*: christianam KOWNACKI 10₈, ENDLICHER 62₁₂₋₁₃, PILAT 496 a₁₈₋₁₉, GOMBOS 564₂₆; Christus *leg. in C* PILAT 496₃₃ * 23—24 aporpinquasset *codd.*: apporpinquasset *corr. edd.* * 25—26 uirgo Z: uirgo C * 30—31 uirginitas Z: uirginitas C * 33 aduentum Z: aduentum C

Z (C)

casset, nunquam no-
 strorum militum feroci-
 tas tuas acies occidis-
 set. Vnde *quia hoc per*
 5 *ignoranciam* factum
 est, noli de tuis colle-
 gijs tritari, sed ma-
 gis consolare, quia *mi-*
 0 *chi copulaberis*, et re-
 gina omnium regno-
 rum eris." Cui *respon-*
dens beata ursula *dixit*:
 „Inique canis fe||rox
 et audax, ego regi celo-
 15 rum copulata sum, te
 autem, qui ut *draco* ini-
 qu(u)s uoras christia-
 nos, ut *dyabolum* de-
 spicio." Q(uod) cum ui-
 0 tuperatum coram exer-
 citu suo se cognouisset,
 rex iratus uehementer
 decollari eam precepit
 cum reliquis uirginibus
 25 suis.

Vna autem, cui no-
 men erat Cordula, inter
 funera uiua latitabat.
 Cum autem media nox
 30 esset, descendit iesus
 christus cum luce clara
 et angelis canentibus,
 et deportauit animam
 sancte ursule et ani-

1 nunquam Z: numquam C * 1-2 nostrorum *codd.*: nostrum [*sic!*]
 KOWNACKI 10₁₅, ENDLICHER 62₁₇; meorum *leg. in C* PILAT 496₃₃ et DEÉR 301₃₈ *
 6-7 collegijs *codd.*: collegis *corr.* KOWNACKI 10₁₇₋₁₈, ENDLICHER 62₁₉, PILAT
 496 a₂₆₋₂₇, GOMBOS 564₃₃; collegijs DEÉR 301₂₅ * 8 consolare *codd.*: consolari
 [*sic!*] ENDLICHER 62₁₉ * 12 ursula Z: vrsula C * 13 Inique Z: inique
 40 C * 14-15 celorum *codd.*: Coesaris [*sic!*] KOWNACKI 10₂₂; Cesari
 ENDLICHER 62₂₂ * 16 ut *codd.*: est [*sic!*] KOWNACKI 10₂₃, ENDLICHER
 62₂₂ * 16-17 iniquus *codd.*: iniquus *corr. edd.* * 17 uoras *codd.*: vorans
 KOWNACKI 10₂₃₋₂₄, *idem leg. in Z* PILAT 496₃₄; uorans ENDLICHER 62₂₂ *
 19 Q(uod) *codd.*: qui *leg. in C* PILAT 496₃₄ et DEÉR 301₃₈ * 19-20 uituperatum
 45 Z: vituperatum C * 22 uehementer Z: uehementer C * 23 decollari
 Z: decolari C * precepit *codd.*: percepit KOWNACKI 12₂, ENDLICHER 62₂₅ *
 24 reliquis *codd.*: relinquis [*sic!*] DEÉR 301₃₁ * uirginibus Z: uirginibus C *
 27 Cordula Z: cordula C * 34 ursule Z: vrsule C

Cf. Act. 3, 17.

Cf. Gen. 29, 34.

Cf. Matth. 3, 15.

Z fol. 90^r b || 90^v a

Cf. Apoc. 12,
 4-9.

- Cf. Matth. 4, 17.* mas sanctarum uirginum ad regna celorum. Quod cum uidisset sancta cordula, lacrimari cepit amarissime, quod sodales suas dereliquisset. *Mane autem facto statim surrexit, et per funera deambulare cepit.* Quod cum uidisset quidam paganus, gladio *caput eius amputauit.* [Tu autem...]
- Cf. Iudic. 19, 27—28.*
- Cf. II. Sam. 16, 9. Cf. Ps. 40, 11.*

[3.] De uictoria Atyle regis

- C p. 350 a || b* Mouit autem de colonia tentoria sua in austriam, et ibi pugnavit cum rege theutonico. Quo deuicto || apuliam ingressus est, ibi cum francigenis et normandis pugnam habuit, et eos deuincens sue magnitudini subiugauit. Post h(ec) montes pertransiens lombordiam [sic!] planam terram inueniens ciuitatibus multis repletam, muris ornata, turribus altis-
- O fol. 371^r a || b*
- Cf. Judith 1, 1—3.*

Cum senuisset rex atyla famosus victor terrarum [cf. *infra* 20₁₅₋₁₈] Scocie, dacie, austrie, vndecimque virginum milibus in colonia cesis, francigenis quoque et iormanis [sic!] || sue magnitudini subiugatis terraque

lambardie [sic!]

1—2 uirginum Z: virginum C * 3 uidisset Z: vidisset [quidam paganus gladio caput eius] C * 4—5 lacrimari *codd.*: lacrimare DEER 302₂ * 11 uidisset Z: vidisset C * 13—14 [Tu autem] Z: *litura rubra del. Z rubr. om.* C * 15 uictoria Z: victoria C * 15—16 Atyle Z C: Aquilae KOWNACKI 12₁₆; Aquile ENDLICHER 63₁ * 17—18 colonia Z: Colonia C * 18 in Z: ad C * 19 austriam Z C: *auctorem cogitauisse de Austrasia opinantur* KOWNACKI 11₂₂, PILAT 496₃₇ et GOMBOS 564₄₅ * 20 theutonice Z C: Theotonico KOWNACKI 12₁₉, ENDLICHER 63₂₋₃ * 21 apuliam Z: Apuliam C * 24 iormanis O: Normanis *corr.* KĘTRZYŃSKI 11₁₃ * 25 deuincens Z: devincens C * 27 h(ec) Z C: hoc KOWNACKI 12₂₂, ENDLICHER 63₅, DEER 302₁₀, *idem leg. in* Z PILAT 496₃₄ * 28 lombordiam Z C: Lombardiam *edd.* * lambardie O: Lombardie *corr.* KĘTRZYŃSKI 11₁₄ * 30 inueniens Z: inueniens C * 31 muris Z C: muribus [sic!] KOWNACKI 12₂₅, ENDLICHER 63₇

Z (C)

Z (C O)

O

simis decoratam, *Terram* [sic!] uastauit, *muros*

dissipauit, turres confregit. Pro iniquitate autem tali *plaga dei* appellatus est.

Totum

autem

mundum peragrare uolens et romanum imperium sibi usurpare cupiens.

romam *exercitum* suum mouit, et armatus *feroci animo* procedebat. Cui in prima statione nocturni sui, cum || in *cubiculo* dormitaret, per uisum *angelus* sanctus

apparuit dicens: „Precepit tibi *dominus deus iesus christus*, ut

cum ferocitate tua

ciuitatem sanctam

romam,

ubi apostolorum

meorum corpora requiescunt, ne introeas, nec attemptare aude-

as, sed reuertere, et meum electum regem Kazimirum, qui m(ich)ij <in> Sclauonie et Chr-wacie partibus toto cor-

vastata
muros eius

vero

contra romam suum *exercitum* mouit.

Cui

in *cubili* suo *dormienti* sanctus *angelus*

romanam,

sanctorum

as.

Cf. *Ier.* 36, 29.
Cf. *Ier.* 5, 10.

Cf. *II. Par.* 26, 20.

Cf. *II. Mach.* 12, 27.
Cf. *II. Mach.* 10, 35.

Z fol. 90^v a || b
Cf. *Iudith* 14, 13.
Cf. *Matth.* 1, 20.

Cf. *Eph.* 5, 20.

1—2 *Terram* Z C: *terram* *edd.* * 2 *uastauit* Z: *vastauit* C * 3 *muros* Z C: *mures* [sic!] KOWNACKI 12₂₆, ENDLICHER 63₈ * 8 *Totum* Z C: *totum* O * 11 *uolens* Z C: *uolens* O * 12—13 *usurpare* Z: *vsurpare* C O * 18 sui Z C: *sive* KOWNACKI 14₁, ENDLICHER 63₁₃ * 19—20 *dormitaret* Z: *dormiret* C * 20 *uisum* Z C: *uisionem* *leg. in C* PILAT 497₃₀; *uisum* [sic!] *leg. ibid.* DEÉR 302₃₁ * 28 *ubi* Z: *vbi* C; *Vbi* O * 31 *ne* *codd.*: *nec* PILAT 497 a₉, GOMBOS 565₉, KĘTRZYŃSKI 11₂₀ * 34 *reuertere* Z C: *reverte* KOWNACKI 14₁₀, *idem* *leg. in Z* PILAT 497₃₁; *reuerte* ENDLICHER 63₁₆ * 35—36 *Kazimirum* Z: *kazimirum* C; *Casimirum* KOWNACKI 14₁₁, ENDLICHER 63₁₇, PILAT 497 a₉₋₁₀, GOMBOS 565₁₀ * 36 *m(ich)ij* Z C: *in* *edd.*

Z (C)

Z (C O)

O

dis ac mentis affectu
fideliter in seculo serui-
uit, in eis, qui ipsum
tradendo turpiter occi-
derunt, ulciscere, quia
dixerunt: »nunquam
rex erit super nos, sed
nos ipsi regnabimus.«

Cf. I. Sam. 8, 19.

Cf. Gen. 31, 3.

perpetuam

Generacionem autem
tuam post te in humi-
litate romam uisitare
et coronam

habere faciam." Hijs
dictis

Cf. Act. 12, 10.;
Matth. 28, 2.

Cf. Num. 22, 41.

discessit angelus.

angelus dei descendit
[sic!].

Cum autem mane
factum esset, rex

Cf. II. Mach.
12, 27.

mouit exercitus suos in
ciuitatem, que uenecia
uocatur,

in ciuitatem, que ue-
necia uocatur, exerci-
tus suos mouit,

et inde progrediens
uenit

Cf. Ex. 14, 31.

Cf. Iudic. 1, 26.

supra

litus maris, ibique ci-
uitatem nouam edifi-
cauit,

super

eamque

ad honorem nominis
sui

et eam

et memoriam postero-
rum

Aquileiam nomina-

uit, Vnde ab aquila
rege ungarorum nomen
sumpsit. Mouit autem
inde se et exercitus su-
os, et

uit.

Dehinc

pertransiuit alpes

9 Generacionem Z C: generacionem O * 11 uisitare Z: uisitare C O *
16 descendit O: discedit corr. KĘTRZYŃSKI 11₂₂ * 22 uocatur Z: uocatur
C * 23 progrediens Z C: pprogrediens O * 24 uenit Z: uenit C O *
25 supra Z C: super DEER 302₂₉, idem leg. in C PILAT 497₃₁ * 26 litus Z C:
littus O * ibique codd.: ibidemque KOWNACKI 16₄, ENDLICHER 63₂₆ * 45
32 et Z: et ad C * 34 Aquileiam Z C: aquileiam O; Aquiley[a] || construct[a]
|| est ab A[aquila] || rege add. C^{2mg} * 35 Vnde Z C: unde edd. * 36 unga-
rorum Z: ungarorum C * 40 alpes Z C: Alpes O

Z (C)

Z (C O)

O

carintie,

et uenit in terminos

tyrancie [sic!],

Cf. I. Sam. 7, 13.

5 chrvacie—sclauonie,
inter fluuios Savam et
dravam, ibique occur-
rerunt ei principes chr-
vacie et sclauonie, et
direxerunt acies, || et
10 *refulsit sol in clipeos au-
reos, et resplenduerunt
montes ab eis, et fece-
runt*

dacie [sic!] et slauonie,

C p. 350 b || 351 a
Cf. I. Mach. 6, 39.

et <fecerunt>

conflictum magnum
octo die-

15 bus. *Tradidit autem eos
deus in manus aquile
regis propter regem eo-
rum ka-*

bus, quos *tradidit deus
in manus atyle propter
regem eorum*
tre-

Cf. Ex. 21, 13.

zimirum, quem tradi-
derant, et turpiter oc-
cide-

rant.

20 rant; cesi sunt autem
sclauoi et chrwati, alij
fugerunt, et alij *in cap-
tuitatem ducti sunt.*
Cum || autem post uic-
toriam fluuium, qui
draua dicitur, pertrans-
isset, et uidisset *terram*
25 *planam atque fructife-
ram,* et post XXV an-
norum curriculum ab
egressu terre sue orien-
talis ungarie computas-
35 set, et post tantorum

Cf. Ez. 25, 3.

Z fol. 90^v b || 91^r a

Cf. II. Reg. 18, 32.

1 tyrancie O: Carintie corr. KĘTRZYŃSKI 11²⁸ * 2 uenit Z: venit C O *
3 chrvacie Z C: et add. edd. * 4 Savam Z: Sawam C * 7 sclauonie Z:
sclauonie C * 9 clipeos Z: clipieos C * 10 resplenduerunt Z C: resplen-
derunt KOWNACKI 16¹⁵, ENDLICHER 63³³, *idem leg. in Z PILAT 497³³ et DEÉR 303*, *
11 <fecerunt> O: add. KĘTRZYŃSKI 11²⁹ * 18—19 kazimirum Z C: Casimirum
KOWNACKI 16¹⁸, ENDLICHER 64²⁻³, PILAT 497 b⁵, GOMBOS 565²⁴ * trezimi-
rum O: Crezimirum corr. KĘTRZYŃSKI 11³⁰⁻³¹ * 19 quem Z O: que C;
[[d]] add. O * 19—20 tradiderant *codd.*: tradiderunt KOWNACKI 16¹⁹, EN-
DLICHER 64³, GOMBOS 565²⁴, *idem leg. in Z PILAT 497 b₅* * 20—22 occiderant
15 *codd.*: occiderunt KOWNACKI 16¹⁹, ENDLICHER 64³, GOMBOS 565²⁴, *idem leg. in Z
PILAT 597 b₅₋₆* * 24 fugerunt: fu[[.]]gerunt Z; fugierunt C * et Z:
om. C * 26—27 uictoriam Z: victoriam C * 28 draua Z: drava C *
29 uidisset Z: vidisset C * 30—31 fructiferam Z C: frugiferam KOWNACKI
16²¹, ENDLICHER 64⁷ * 34 ungarie Z: vngarie C

bellorum uictorias se debilitatum presensisset, quid agere deberet, cogitare cepit, utrum in terram propriam rediret, uel istam occupatam possideret. Vnde cum multos dies in cogitatione et tristitia duceret rex, hoc ei bonum uisum est consilium, si uxores sclauas et chrwatas copularent, ita terram in pace et quiete possideret. Quod cum retulisset exercitui suo, placuit omnibus hominibus consilium. Perambulabat autem terram, et delectabatur in ea, q(uia) terra promissionis, tamquam terra israelitico populo. *Missis autem*

Cf. Num. 21, 21.

Cf. Ex. 2, 1—2.

Cf. Deut. 18, 1.

Cf. II. Reg. 24, 17.

Cf. Deut. 18, 1.

Cf. Ier. 48, 21.

am de tribu eadem, et copulauit sibi eam in uxorem,

similiter et exercitus eius de eadem tribu uxoribus copulatus est; pertransiens autem danubium inuenit terram planam et campestem

nuncijs suis accepit a principe sclauorum fili-

Missus [sic!] tandem

am, et copulauit eam sibi uxorem, que peperit ei filium, cui nomen imposuit coloman. [*Cf. infra 20₁₂₋₁₄.*]

1 uictorias Z: uictorias C * 4 utrum Z: Vtrum C * 5—6 rediret Z C: redire [sic!] KOWNACKI 18₄, ENDLICHER 64₁₁, *idem leg. in C* PILAT 497₃₄ * 10
11 uisum Z: visum C * 12 uxores Z: vxores C * 13 copularent Z C: copularet KOWNACKI 18₈, ENDLICHER 64₁₄, *idem leg. in Z* PILAT 497₃₄₋₃₅ * 40
15 Quod Z C: Quid KOWNACKI 18₉ * 18—19 Perambulabat Z: perambulabat C; Obambulauit KOWNACKI 18₁₁; obambulauit ENDLICHER 64₁₆ * 23 populo Z C: erat *add.* PILAT 497 _{b₂₄}, GOMBOS 565₃₅ * 24 Missus O: Missis *corr.* * 4
KĘTRZYŃSKI 11₃₁ * 25 a Z C: A O * 26 sclauorum Z C: slauorum O * 30 uxorem Z: vxorem C * 35 uxoribus Z: vxoribus C *
37 inuenit Z: inuenit C

Z (C)

Z (C O)

O

herbisque superfluis uirentem, pastoribus et pecudibus seu iumentis et poledris indomitis plenam. Nam in terra hac solummodo pastores et aratores morabantur. Rex uero sclauonie et chrwacie circa mare delectabatur in ciuitate, que Sipleth dicitur, quam sanctus paulus apostolus ad fidem christianam conuertit, et ipsam episcopalem kathedram V anis tenuit, deinde ordinato episcopo. romam pecijt.

*Cf. Ez. 34, 14.
Cf. Gen. 9, 10.*

Post h(ec) autem mouit se, et pertransiuit fluuium, qui

Thisa dicitur,

vocatur craa [*sic!*],

ibique planiorem et spaciosiorem terram inuenit, in qua

Cf. Ex. 3, 8.

magis

multum

delectare cepit.

Tunc

Et

aduocato omni exercitu suo ad laudem et gloriam || exercitus sui Vngariam eam ||| appellauit. *Distribuitque principibus et*

C p. 351 a || b
O fol.
371^r b || 371^v a
Z fol. 91^r a ||| b
Cf. Act. 13, 19.

1—2 uirentem Z: virentem C * 6 solummodo Z C: solum KOWNACKI 18₂₃, ENDLICHER 64₂₄, *idem leg. in Z PILAT 498₂₁* * 8 uero Z: uero C * 10 delectabantur Z C: delectabatur *corr.* KOWNACKI 18₂₅₋₂₆, ENDLICHER 64₂₆, GOMBOS 565₄₁, *idem leg. in Z PILAT 498 a₈* * 11 Sipleth Z: sipleth C * 13—15 paulus — conuertit] *cf. Rom. 15, 19.: ab Ierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi* * 14—15 conuertit Z: conuertit C * 17 deinde Z: Deinde C * 20 h(ec) Z C: hoc O * 21—22 pertransiuit Z C: pertransijt O; pertransiens ENDLICHER 64₃₀ * 23 Thisa Z: Chisa C; Chrsa *leg. in C PILAT 498₂₁₋₂₂* * craa O: Draa *corr.* KĘTRZYŃSKI 11₃₄ * 24 planiorem Z C: planiorem O * 25 spaciosiorem *codd.*: spatiorem [*sic!*] KOWNACKI 20₃ * 25—26 et spaciosiorem terram inuenit Z] *haec uocabula atramento atrofusco rescripsit Z¹*; et spaciosiorem terram *add.* Z^{4mg} * 26 inuenit Z: inuenit C O * 30 aduocato Z: aduocato C O * 33 Vngariam Z: vngariam C O * 34 appellauit Z O: appllavit C

Z (C)

Z (C O)

O

| | | | |
|--|--|--|--------------------|
| | conferens eis magnas possessiones, | baronibus terram, | |
| Cf. Ex. 21, 4. | | et decreuit hoc omnium consensu, ut si uxor eius multos | |
| Cf. II. Reg. 3, 27. | pareret | filios, primogenitus regnaret super [[terram]] omnes. | pareres [sic!] |
| Cf. Ex. 2, 1—2. | Post h(ec) autem uxor eius peperit filium, cui imposuit nomen Columan, qui accepit uxorem de chrwacia. Cum autem senuisset aquila famosus uictor terrarum, congregatis | | Congregatis quoque |
| Cf. II. Reg. 24, 17. Cf. Ex. 2, 1. Cf. I. Sam. 8, 1. | | cunctis principibus et magnatibus terre tradidit regnum in manu filij sui | |
| Cf. Deut. 33, 5. | | et mortuus est. Post mortem autem patris sui uxor | coloman, |
| Cf. Gen. 30, 35.; II. Par. 21, 3. | colummanni, | genuit filium, qui uocatus | coloman |
| Cf. II. Par. 22, 4. | | autem mortuo patre regressus est in ciuitatem suam aquileiam, et ibi accepit uxorem grecam de constantinopolitano imperio. | est bela. Hic |
| Cf. II. Sam. 12, 24. | columanni | | |
| | fuit bela. Iste | | |
| Cf. Ex. 2, 1. | | | |

4—5 omnium *codd.*: omni KĘTRZYŃSKI 11₄₁ * 6 uxor Z: vxor CO * 7 pareres O: pareret *corr.* KĘTRZYŃSKI 12₁ * 9—10 [[terram]] Z: *litura punctisque subscriptis del. Z*; *om.* CO * 10 omnes *codd.*: omnibus KOWNACKI 20₁₁, ENDLICHER 65₃ * 11 uxor Z: vxor C * 13—14 Columan Z: Columen *a. corr.*, Columan *p. corr.* C; Colummen KOWNACKI 20₁₃, ENDLICHER 65₅ * 14—15 uxorem Z: vxorem C * 17 uictor Z: victor C * 21 manu *codd.*: manus KOWNACKI 20₁₈, ENDLICHER 65₈, KĘTRZYŃSKI 12₂, GOMBOS 566₄, *idem leg. in C* PILAT 498 b₆ * 23 colummanni Z: Colummanni C; Colummani KOWNACKI 20₁₈, ENDLICHER 65₈; Columanni PILAT 498 b₆, GOMBOS 566₄, DEÉR 304₁₂ * 26 uxor Z: vxor CO * 27 columanni Z C: Colummani KOWNACKI 20₂₀, ENDLICHER 65₉ * 28—29 uocatus Z: uocatus CO * 30 bela Z: Bela C * 33 aquileiam Z: Aquileiam C; aquileyam O * 34 uxorem Z: vxorem CO * 35—36 constantinopolitano Z O: Constantinopolitano C

Z (C)

Z (C O)

O

Inde autem mouens se
uenit in terram

Cf. Gen. 29, 1.

sciauoniam, quam
at{t}auus suus vnga-
riam appellauit. Ibi-
que uxor sua *concepit*,
et peperit filium, quem
uocauit

Cf. Gen. 21, 2—3.

yesse, cui *accepit uxo-*
rem de regione polo-
nie

nomine

Cf. Ex. 2, 1.

de ciuitate Cracouia so-
rorem Meschonis ducis
nomine athleitam; hec

ciuitate [*sic!*] regis
cracouie sororem regis
mezkonis nomine adyl-
herdam. Hec

autem christiana erat
et litteris inbuta docu-
mentisque sanctis per

spiritum sanctum reple-
ta. Hec autem

sanctum spiritum reple-
ta; hec

Cf. Lucae 1, 15.

cepit uirum suum ad
christum conuertere et
fidem Catholicam te-
nere et a *cultura ydo-*
lorum recedere. Quem
sepissime *blandis* et
mellitis alloquens *ser-*
monibus christum fe-

Cf. Sap. 14, 27.;

Iudith 5, 19.

Cf. Prov. 29, 5.

2 uenit Z: venit CO * 4 sciauoniam Z C: slauoniam O * 5 attauus
Z O: attauus C; adauus KOWNACKI 20₂₆; adauus ENDLICHER 65₁₄ * 6—
—7 Ibiq^{ue} Z C: ibique O * 7 uxor Z: vxor CO * 9 uocauit Z: uocauit
CO * 11 yessej cf. Ps. 71, 20., Eccli. 45, 31., Is. 11, 1. et 10., Matth. 1, 5.,
Lucae 3, 32., Act. 13, 22., Rom. 15, 12. * cui *codd.*: qui KOWNACKI 20₂₈,
ENDLICHER 65₁₅, KĘTRZYŃSKI 12₉, GOMBOS 566₉, *idem leg. in Z* PILAT 498 b₁₆ *
11—12 uxorem Z: vxorem CO * 12—13 polonie *codd.*: Polonia KOWNACKI
20₂₉, ENDLICHER 65₁₆, PILAT 498 b₁₇, GOMBOS 566₁₀ * 14 ciuitate Z: Ciuitate
C * Cracouia Z: cracouia C * ciuitate O: de ciuitate *corr.* KĘTRZYŃSKI
12₁₀ * 16 athleitam Z: Athleytam C; Ethlegidam KOWNACKI 20₃₁, ENDLICHER
65₁₇ * hec Z: Hec C * 16—17 adylherdam O: Adylheidam *corr.*
KĘTRZYŃSKI 12₁₀₋₁₁ * 18 christiana erat Z C] filia polonie || dat fidem
christi || vngarie || duci *add.* Z^{mg}, *sub his uocabulis parua pictura linearis inuenitur,*
quae capulum pugionis formare uidetur; Attleyltha du||cissa || Crac(ouie) || conuertit
|| primo ad || fidem re||gum hun||garie || suum || Malritum *add.* C^{2mg} * 19 inbuta
Z C: imbuta O * 23 uirum Z: Virum C; uirum O * ad Z O: om. C *
24 conuertere Z: conuere C O * 25 Catholicam Z: catholicam C; catho-
licam O * 27 Quem Z: quem CO * 29 mellitis Z O: mellicis C;
mellicis KOWNACKI 22₇, ENDLICHER 65₂₂, GOMBOS 566₁₄, *idem leg. in Z* PILAT
499 a₄

Z (C)

Z (C O)

O

Cf. I. Ioh. 5, 20.

Cf. I. Cor. 7, 14.

Cf. Hartv. BARTONIEK 403₉—404₁₀

Cf. Act. 19, 30.

Z fol. 91^r b || 91^v a

Cf. Act. 8, 13.

Cf. II. Thess. 3, 6.

Cf. Ps. 40, 11.

re, q(uonia)m scriptum est, q(uia) *sanctificabitur uir per mulierem fidelem*. A(p)propinquante spiritualis fulgore karismatis cunctis christianis ducatum suum *intrare uolentibus* hospitalitatis et securitatis *graciam noluit [sic!]* exhibere. Clericis et monachis potestatem concessit ante presenciam suam ueniendi et sibi loquen||di.

Adest

dispositum;

[[*Tu autem...*]]

cit *cognoscere et ipsum uerum deum credere*.

re.

Quid plura?

tempus celitus

credidit ipse cum familiaribus suis, et baptizatus est in nomine iesu christi.

idem [*sic!*]

depositum [*sic!*];

2 uerum Z: uerum C O; unum KOWNACKI 22₈, ENDLICHER 65₂₃ * deum codd.: Dominum KOWNACKI 22₈₋₉; dominum ENDLICHER 65₂₃ * 4 q(uonia)m Z C: quam KOWNACKI 22₉; quum leg. in C PILAT 499₂₇; quia DEÉR 305₈ * 5 q(uia) Z C: quod leg. in Z DEÉR 305₉ * 6 uir Z: uir C * 9 karismatis Z C: Chrismatis KOWNACKI 22₁₁₋₁₂; chrismatis ENDLICHER 65₂₅, FLORIANUS 70₂₅, GOMBOS 566₁₇, idem leg. in Z PILAT 499_{a8-9} * 11 uolentibus Z: uolentibus C * 12 noluit Z: recte uoluit C edd. * 16 ueniendi Z: ueniendi C * 19 idem O: Adest corr. KĘTRZYŃSKI 12₁₅ * 20 celitus Z O: celicus C * 21 depositum O: dispositum corr. KĘTRZYŃSKI 12₁₆ * 23 baptizatus Z O: baptisatus C * 24 iesu Z O: iesu C * 26 Tu autem Z C: litura rubra del. Zrubr

[4.] De primo christiano yesse

| | | | | |
|----|---|---|------------------|---|
| | Cvm | | Cumque | |
| 5 | | nimum esset sollicitus | | Cf. Hartv. BARTONIEK 404 ₁₂ —405 ₂₄ |
| | | ritibus sacrilegi{s} destruendis, | de | |
| | et episcopatibus ad profectum ecclesie statuendis, | | | C p. 351 b 352 a Cf. Is. 49, 13. |
| 10 | | mirabili uisione <i>consolatus est eum</i> | | O fol. 371 ^v a b |
| | <i>dominus:</i> | | [[dicens]] deus: | |
| | | lucescente | enim | |
| 15 | | aurora astitit ante eum iuuenis <i>delectabilis aspectu</i> , qui <i>dixit ei: „Pax tibi yesse christiane</i> | | Cf. Gen. 3, 6. Cf. Dan. 10, 19. |
| | deo | | dei | |
| 20 | Iubeo | dilecte! | iube | |
| | | te de sollicitudine tua fore securum, | | |
| | ubi | | | |
| 25 | q(uod) | tibi concessum est, | que(m) | |
| | | meditaris. De te filius nasciturus egredietur, cui hec omnia disponenda diuine prouidencie consilio commenda- | | |
| 30 | bit | | bat | |
| 35 | | | | |
| 40 | | | | |

4 *nimum codd.*: minimum [sic!] KOWNACKI 24₂ * 6 sacrilegijs Z C: sacrilegis O, cf. Hartv. BARTONIEK 404₁₃ * 6—7 destruendis Z O: destrvendis C * 10 uisione Z: visione C O * 11 eum *codd.*: Enim KOWNACKI 24₃; Cum PILAT 499₂₇₋₂₈ * 13 *lucescente Z C*: llucescente O * 17 Pax Z C: pax O * 21 iubeo O: iubeo *corr.* KĘTRZYŃSKI 12₂₁ * 22 te de *codd.*: de te [sic!] GOMBOS 566₂₆ * 22—23 fore securum *codd.*: foresecuriori [sic!] KOWNACKI 24₃; fore securiori ENDLICHER 66₆₋₇ * 24 ubi Z: vbi C * 24—27 ubi tibi concessum est, quod meditaris Z] cf. N on tibi concessum est, quod meditaris, quia manus pollutas humano sanguine gestas Hartv. BARTONIEK 404₂₀₋₂₁ * 26 que(m) O: quod *corr.* KĘTRZYŃSKI 12₂₂ * 30 prouidencie Z: prouidencie C O * 30—32 commendabat O: commendabit *corr.* KĘTRZYŃSKI 12₂₃

Z (C)

Z (C O)

O

| | | | | |
|------------------------------------|--|--|----------------|----------------------|
| | | dominus. Hic erit unus ex regibus elec- | | |
| | tis | | tus | |
| Cf. Iac. 1, 12. | | a domino <i>coronam uite secularis</i> co(m)mutaturus | | 5 |
| | eterna. | | in eternam. | |
| | | Verumptamen uirum spirit(u)ali legacione tibi transmittendum honorificabiliter [<i>sic!</i>] suscipito, uenerabiliter habeto, exhortacionibus eius cordis fide- | | 10 |
| | lius | | lem | |
| | | assensum prebeto!" | | 15 |
| | Expergefactus princeps uisionem stupidus post secum, post cum <i>christi fidelibus</i> suis pertractans <i>deo gratias</i> humiliter egit. | | | 20 |
| Cf. Eph. 1, 1. Cf. Act. 27, 35. | | Et ecce nunciatur ei beatum adalbertum pontificem | | |
| | bohemie aduenturum | | ad se venturum | |
| | | propter conuersionem ipsius. Oritur leticia nouis christi militibus; dux obuiam | | 25 |
| | tyroni | | tyro(ni) | |
| | | christi procedit, honorabiliterque | | 30 |
| | | 1 Hic Z C: hic O * erit <i>codd.</i> : est KOWNACKI 24 ₁₃ , ENDLICHER 66 ₉ , PILAT 499 b ₄ , FLORIANUS 71 ₁₂ , GOMBOS 566 ₂₈ * unus Z: vnus CO * ex <i>codd.</i> : e ENDLICHER 66 ₉ , FLORIANUS 71 ₁₃ * 2—3 electus O: electis <i>corr.</i> KĘTRZYŃSKI 12 ₂₄ * 4 uite Z C: uite O * 5 comutaturus Z C: commutaturus O <i>edd.</i> * 7 Verumptamen Z C: verumtamen O * uirum Z: virum CO * 11 uenerabiliter Z: Venerabiliter C; uenerabiliter O * 13—14 fidelius Z C: fidelis KOWNACKI 24 ₁₉ , ENDLICHER 66 ₁₃ , FLORIANUS 71 ₁₈ , <i>idem legitur apud Hartv.</i> BARTONIEK 405 ₂ ; fideliter DEÉR 306 ₂ * 15 assensum ZO: assessum C * prebeto Z C: [[habeto]] prebeto O * 16—17 uisionem Z: uisionem C; uisionis [<i>sic!</i>] KOWNACKI 24 ₂₁ ; uisionis ENDLICHER 66 ₁₅ ; uisione PILAT 499 b ₁₀ , FLORIANUS 71 ₁₈ , GOMBOS 566 ₃₂ , DEÉR 306 ₄ * 17—18 post secum Z C] <i>cf.</i> prius secum <i>Hartv.</i> BARTONIEK 405 ₁ * 19 suis Z C] <i>cf.</i> et suis <i>Hartv.</i> BARTONIEK 405 ₄₋₅ * 21 nunciatur Z C: nunciator O * 22 adalbertum Z: Adalbertum CO * 24 aduenturum Z: aduenturum C * 25 conuersionem Z: conuersionem CO * 27 christi <i>codd.</i> : christianis KOWNACKI 26 ₅ , ENDLICHER 66 ₁₉ * 27—28 obuiam Z C: obuiam O * 29 tyro O: tironi <i>corr.</i> KĘTRZYŃSKI 12 ₃₀ * 30 procedit <i>codd.</i> : proejdit [<i>sic!</i>] KOWNACKI 26 ₆ ; procidit ENDLICHER 66 ₂₀ * 30—31 honorabiliterque ZO: honorabiliter C | | 35 40 45 50 |

Z (C)

Z (C O)

O

| | | | |
|--|--|----------------|--|
| suscipit. | | suscepit. | |
| | Igitur fit ubique congrega- cio gentis indomite, per sanctum episcopum | | |
| adalbertum | fiunt exhortaciones conti- nue, conuertuntur et bap- tisantur alumpni patrie, <i>statuuntur</i> | | <i>Cf. Ps. 30, 9.</i> |
| | multis <i>locis</i> ecclesie. Preterea <i>uxorem eius</i> | <i>in</i> | <i>Cf. Hartv. BARTO- NIEK 406₅₋₂₂</i> |
| athleidam | iam <i>pro pin-</i> | <i>quam</i> | <i>Z fol. 91^v a b</i> |
| quantem | <i>partui tali</i> | | <i>Cf. Eccli. 35, 21.;</i> <i>I. Sam. 4, 19.</i> |
| uisione uoluit | diuina gracia <i>consolari</i> . <i>Apparuit</i> namque <i>illi</i> bea- tus | uoluit uisione | <i>Cf. Lucae 1, 11.</i> |
| leutico habitu ornatus in uisionibus, | et prothomartir stephanus, | leuita | |
| | qui eam alloqui taliter ce- pit: „ <i>Confide in domino</i> <i>mulier</i> | | <i>Cf. Ps. 10, 2.</i> |
| athleidis, | et certa esto, <i>q(uia) filium</i> <i>paries, cui</i> | | <i>Cf. Iudic. 13, 5.</i> |
| primo {uni} genito | corona debetur et regnum; | | |
| meumque | nomen illi imponas!" <i>Cui</i> | meum | <i>Cf. Gen. 3, 2.</i> |

1 suscipit Z C: suscepit GOMBOS 566₃₈ * suscepit O: suscipit corr. KĘ-
TRZYŃSKI 12₃₀ * 2 ubique Z: vbique CO * 5 adalbertum Z: Adal-
bertum C * 7 conuertuntur Z: conuertuntur CO * 7-8 baptisantur
Z C: baptizantur O * 12 Preterea ZO: Proterea a. corr., Preterea p. corr.
C; Propterea KOWNACKI 26₁₃, ENDLICHER 66₂₄, PILAT 499 b₂₂, FLORIANUS 71₂₈,
GOMBOS 566₃₈, DEÉR 306₁₄₋₁₅ * uxorem Z: vxorem CO * 13 athleidam
Z: Adleidam C; Athleidam add. C^{mg} * 17 uisione uoluit Z: uisione uoluit
C * 19 illi ZO: ei C * 22 et ZO: om. C * stephanus ZO:
Stephanus C * 23-24 leutico habitu ornatus in uisionibus Z] cf. leuitici
habitus ornatus insignibus Hartv. BARTONIEK 406₇₋₈ * 24 uisionibus Z:
uisionibus C * 28 athleidis Z: Athleidis C * 29 q(uia) codd.: quod
PILAT 500 a₃, GOMBOS 566₄₂, DEÉR 306₂₁ * 31 primounigenito Z: primogenito
C; *notionem veram Hartvicus praebet*: primo in hac gente (BARTONIEK 406₉₋₁₀) *
33 meumque Z C: Meum quoque KOWNACKI 26₂₁₋₂₂, GOMBOS 566₄₃, *idem leg.*
in Z PILAT 500 a₃; meum quoque ENDLICHER 66₂₉, FLORIANUS 71₃₄ * 34 im-
ponas ZO: imponas C

Cf. Act. 9, 5.;
Iudic. 13, 6.

O fol.
371^v b || 372^r a

primus

a deo predictus

Cf. Ier. 1, 5.

suum

adalbertus episcopus

C p. 352 a || b

Cf. Hartv. BARTONIEK 407₈₋₁₁

secundum credulitatis sue
uirtutem intinxit, || et no-
men stephanus imposuit.

diligenti nutritus educatu,

vngarie primatibus

Cf. II. Reg. 25, 22.

cum admirans mulier re-
sponderet: „quis es domi-
ne, uel quo nomine nuncu-
paris?” — „Ego sum” —
inquit — „stephanus pro-
tho||martir, qui

pro christi nomine marti-
rium pertuli.” Quo dicto
disparuit.

Nascitur interea

filius principi, quem, ante-
quam in utero conciperetur,
dominus nouit, et cui,
antequam nasceretur, pro-
thomartir stephanus no-
men

indidit. Hunc deo dilectus

crismali baptisate

Creuit infans

quem transacta puercia
conuocatis pater suis

post se regnaturum *populo*
prefecit.

predictus a deo

episcopus Adalbertus

intinxit.

diligenter maternis vbe-
ribus educatus,

primatibus vngar(i)e

